dico uobis expedit uobis ut ego uadam; si enim non abi
ero paraclitus non ueniet ad uos; Si autem abiero mit
tam eum ad uos. Et cum uenerit ille arguet mundum
de peccato et de iustitia et de iudicio. De peccato quidem
quia non crediderunt in me; de iustitia uero quia ad patrē
uado et iam non uidebitis me; de iudicio autē quia prin
ceps mundi huius iudicatus est. Adhuc multa habeo uob
dicere sed non potestis portare modo; Cum autē uene
rit ille sps ueritatis docebit uos omnem ueritatē; Non
enim loquetur a semetipso sed quęcumque audiet
loquetur et quę uentura sunt adnuntiabit uobis.
Ille me clarificabit quia de meo accipiet et adnunti
abit uobis; Omnia quęcumque habet pater mea sunt.
Propterea dixi quia de meo accipiet et adnuntiabit
uobis; Modicum et iam non uidebitis me et iterum
modicum et uidebitis me quia uado ad patrem.
Dixerunt ergo ex discipulis eius ad inuicem; Quid ē
hoc quod dicit nobis modicum et non uidebitis me
et iterum modicū et uidebitis me et quia uado ad pa
trem. dicebant ergo; Quid ē hoc quod dicit modicū
nescimus quid loquitur. Cognouit autē ihs quia
uolebant eū interrogare et dixit eis; De hoc quę
ritis inter uos quia dixi modicum et non uidebitis me
et iterum modicum et uidebitis me. Amen amen dico
uobis Quia plorabitis et flebitis uos mundus autē
gaudebit. Uos autem contristabimini sed tristitia uestra
uertetur in gaudium. Mulier cum parit tristitiam
habet quia uenit hora eius; Cum autē pepererit
puerū iam non meminit pressurę propter gaudiū
quia natus est homo in mundum. Et uos ergo nunc qui